

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Conferentiæ Theologico Morales**

Compendiosè propositæ ac breviter resolutæ Ad Usum Directorum  
Conferentiarum Hebdomadalium ... DD. Parochorum, Curatorum,  
Confessariorūmque omnium

Ex Materia Septem Sacramentorum Atque Justitiæ De Restitutione  
Excerptæ

**Sargar, Elisaeus**

**Augustæ Vindelicorum, 1720**

Quid faciendum Confessario, cui obstetrix fatetur, se per 20. annos  
baptizâs. se periclitantes, sine, vel cum contraria intentione. n. 49.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41194**

sere obstetrics, vel ob terrorom & trepidationem ex laementis matris causatos, vel ex vigilia & labore, quibus diutius vexantur ac defatigantur, vel etiam ex merito liberalius sumptuosi facientes sibi amicos; quibus omnibus facile ita perturbantur, ut illam unciam iudicij seu prudentiae, quæ tales mulieres alias polent, propè amittant. *Hæc P. Cob. latius.*

## CONFERTIA XXII.

48. **U**na aliqua obstetrix ex suggestu cuiusdam Religiosi petit à suo Parocho christua baptismale, ut illo ungens pueroram reddat parturitionem expeditorem: an debeat concedere vel negare?

*R. Gob.* hīc tr. 2. n. 190. puto etiam Mariantum negaturum, eo quod in Conc. Moguntino sub. Carolo M. cap. 17. sic statuatur: Presbyteri sub sigillo custodiant Chrisma & nulli sub praetextu medicinæ vel maleficii donare inde presumant; quod si fecerint, honore priventur. Et quis prober profanum illum tactum, tradicionem que rei sacrae? Ratio autem esse potest, cum quia Christma ad id non est institutum; cum quia à malis ad maleficia adhiberi solet.

## CONFERTIA XXIII.

49. **A**ntonius Quantanadvenas singularium tr. 1. Sing. 4. narrat de obstetricie, quæ Confessio fassa fuit, se per spatum 20. annos. omnes parvulos periclitantes baptizasse vel sine vel etiam cum contraria intentione: quid agendum rati Confessario?

*RE*

**R E S O L U T I O :** Si in illo loco mos fuerit non rebaptizare cum conditione baptizatos ab obstetricie ( qui vel ob hunc ipsum casum persuadendus esset ) Confessarius debet pœnitenti suadere, ut vel seipsum prodat magistratus etiam cum vitæ periculo, quatenus fieri possit, et possibilis provisio ad baptizandos prius invalidè baptizatos, si qui sint superstites; vel id ipsum fateatur Confessario extra Confessionem; vel certè det licentiam eidem revelandi errorem in Confessione de rectum: & si ipsa pœnitens abhorret supplicium promeritum, poterit se interim per fugam ad alias partes transferre.

**Ratio horum omnium est** Charitas imperans vitam exponi periculo propter necessitatem spiritualem proximi extremam; quem in proposito patiuntur omnes à pœnitente in validè baptizati, ut patér.

Petis, quid si aliqui ex dictis invalidè baptizatis essent jam Sacerdotes, vel Episcopi ordinati? **50.** Omnes illos esse reorū nandos, eosque, quos tales Episcopi ordinarunt. Ratio est manifesta, quia Baptismus est janua aliorum Sacramentorum, ita ut nullum validè suscipiatur nisi a baptizato.

#### CONFERTIA XXIV.

**I**nfans Christianorum Parentum abductus à Turcis, nondum baptizatus, perimendus inservit illicet, corpore & anima, nisi tu capti-

ve